

Omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus. *Tren. p.* Hec verba poterat dicere christus cum in cruce penderet manibus et pedibus transfixis et omnia membra dolerent. tunc flendo poterat dicere. **O** vos omnes qui. *2e.* In quibus verbis duo tanguntur. **P**rimo hortatur affectum nostrum ad passionem ut passionem eius desileamus cum dicit. **O** vos omnes qui transitis per viam attendite. **S**ecundo excitat intellectum ad cognitionem ut passionis acerbitate inspiciamus. cum dicit. **E**t videte si est dolor similis sicut dolor meus. *q. si diceret.* Omnes per quibus pacior rogo ut mecum flectant et ut amplius flere possint horum ut acerbitate pene mee inspiciant. **A**ttendite inquit et videte **O** christiane attende et vide hodie quatuor que tibi sunt valde utilia. **P**rimo vide dolorem christi patientis. **S**ecundo dolorem nostris participantis. **T**ercio crudelitatem populi occidentis. **Q**uarto utilitatem effectus ex christi passione puenientis. **P**rimo vide dolorem christi patientis. *Tren. p.* Audite obsecro vniuersi populi et videte dolorem meum. **E**cce christus obsecrat et rogat omnes ut audiant et videant dolorem suum. **S**i non eras presens ubi christus passus fuit et videas oculo dolorem quem pro te sustinuit ut ei compatiaris cui etiam insensibilia hodie compatiebantur. **J**eronimus. *Omnis creatura christo morienti compatitur. sol obscuratur. terra mouetur. petre scinduntur. velum templi in duas partes diuiditur. sepulchra aperiuntur.* Solus miser homo non compatitur pro quo solo christus patitur. **O** homo attende ut possis hodie christo compati compassionis eius orationem propono tibi. **N**ota quod in vigilia palmarum venit christus in bethaniam quod erat prope iherusalem et ibi maria magdalena precioso vnguento unxit pedes ihesu. **E**t ex hoc iudas indignatus fremebat contra eam et dicebat. **Q**uare hoc vnguentum non esset venditum. *ccc. denariis* et esset datum egenis. **I**ste pessimus iudas solebat portare elemosinam que dabatur christo et furabatur partem suam inde. *et ut vult magister in historiis. decimam partem furabatur et ita si vngentum illud venditum fuisset trecentis denariis furatus fuisset inde triginta denarios.* **P**ropter hoc vendidit christum pro. *xxx. denariis* ut recuperaret per traditionem quod non poterat habere per furtum. **U**nde feria quarta sequenti post palmas accessit ad iudeos et vendidit eis christum. *Matth. xxvi.* Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur iudas ad pri.

sacerdotū et ait illis. **Q**uid vultis mihi dare et ego vobis eum tradā
At illi constituerūt ei triginta argenteos. **O** iuda quod fecisti tu nō videris
vadis ad iudōs et exhibes illum venalez cuius vna gutta sangui-
nis dignior est omni auro et argento. **P**onis in optionē iudeorū quod
et quātū velint tibi dare exhibent tibi triginta argenteos et statim es
contentus. **H**ec quid factum est creatura vendit creatorem. **S**eruus
dominū. discipulus magistrum. familiaris amicū. **P**ost hoc iudas
rediit ad christū et feria quinta cenauit cum eo et christus lauit pe-
des suos et dedit ei corp⁹ suum et sanguinē et adhuc animus eius le-
nire non potuit. **S**ed facta cena cum iam esset nox exiuit de loco ce-
ne et venit ad iudeos. **M**edio tempore christ⁹ predicauit discipulis suis
et facta sermone venit cum eis in montem oliuarū et dixit eis.
Sedete hic donec illuc vadam et orem. **A**ssumpto petro et duob⁹ fi-
lijs zebedei cepit contristari et mestus esse valde et p̄gress⁹ pusillus
precidit in faciem suā orans et dicens. **P**ri si possibile est etc. **I**n hac
oracōe xp̄us scdm rationē voluit vt non exaudiretur. **E**t idō orauit
vt ostenderet se assumpsisse carnē infirmam que abhorruit mortem
et vt daret nobis formā q̄ imminēte tribulacōe ad oracōem con-
fugiamus. **N**ota qualiter venit ad discipulos et inuenit eos dormi-
entes et monuit eos vt surgerēt et orarēt et q̄ tam tristis fuit ex of-
fensacōe imminētis passionis et mestus q̄ angelus de celo veniens
consolabat̄ cum. **I**n summa tristitia erat cū p̄ tristitia sanguinē su-
daret. **O** homo p̄ te tristis fuit vt te ad etnāz p̄ouceret vitam. **I**nde
surgens ab oracōe dixit discipulis suis. **V**enit hora et filius homi-
nis tradetur in manus peccatorū. **E**cce qui me tradet p̄pe est. **T**unc
venit iudas cum magna turba cū gladijs et fustib⁹ et ihs p̄cessit
et dixit eis. quē queritis. **Q**uē cū dicerēt. **I**hs nazarenū. **I**lle dixit. **E**go
sum. **A**t illi audito hoc ceciderūt in terrā. hoc factum est bis. **O** ho-
mo hic perpēde xp̄i potēciam qui turbam armataz p̄strauit ad ter-
ram solo verbo. **P**pende etiā eius paciēciam quod a traditōe suo se
p̄misit osculari. **N**ota de petro qualiter amputauit malcho auricu-
lam eius. et qualiter ihs sanauit eum. **T**unc comp̄her. dicitur et ligat⁹
discipuli eius omnes eo relicto fugerūt. **Q**uid agis o petre p̄cedi-
ti vespere dixisti xp̄o paratus sum tecū in carcere et in mortē ire et
modo fugis. **Q**uid tu iohannes filius matertere xp̄i qui in cena re-
cubuiisti supra pectus eius m̄grm et cognatū tuum deseris relinqs

pallium et nudus auferis. Quid agitis o vos officii apostoli consiliarii
 christi omnes fugitis et nec unus vestrum remanet cum christo. **pende** quanta
 tunc fuerit in corde christi mesticia cum iudei eum comprehenderent et vin
 ctum instar furis traherent et omnes apostoli fugerent. Tunc ihesus ductus est
 ad annam qui erat socer cayphe qui fuit pontifex anni illius. **fm glō.**
 sup iohēz. Caiphas venit ad domum anne et ibi coram illis duobus tota
 nocte illusit eum. **Nota** hic qualiter disputatus velatus collaphisatus
 et de alapa quam minister pontificis ei dedit et quā pacienter resistit ei. **Et**
 de negatione petri et de fletu qualiter christus eum respexit et qualiter hec in
 nocte contraxerunt ideo matutine dicuntur in nocte. Quando ergo es in
 matutinis cogita hec omnia que christus pro te sustinuit. **vn ps.** In ma
 tutinis meditabor in te. Mane ductus fuit ad domum caiphe ad pilatum
 qui **fm glō.** habuit pretorium in domo caiphe et ibi multipliciter ac
 cusatus fuit. **Nota** qualiter pilatus misit eum ad herodem et qualiter
 herodes respuit eum et illusit eum et indutum veste alba remisit ad pilatū
 et qualiter pilatus excusabat eum et qualiter iudei instabant ut dimit
 teret eis barrabam et christus occideret. interfectorem hominis petebat ut
 mitti et factorem hominis crucifigi. et qualiter pilatus lauit manus et
 clamabant iudei. sanguis eius super nos et super filios nostros. In me
 moriam horum dicitur prima in mane ut tu hora prima cogites quid tunc
 christus pro te passus fuerit. Circa horam terciam pilatus fecit iherosolimitanum flagella
 ri. **propter hoc fm Aug.** ut iudei satiati penis suis desisterent ab accu
 satione et cum nollent desistere clamarent. Crucifige crucifige eum
 barrabam dimisit et iherosolimitanum tradidit voluntati eorum. Tunc milites con
 uocauerunt turbam et induerunt eum purpura et posuerunt spinam cor
 nam super caput eius et arundinem in manu eius et genuflexo illudebant
 ei dicentes. Ave rex iudeorum et percutiebant caput eius arundine et con
 spuebant in eum. **heu** quanta illusio simul et pena. fecerunt eum regem de
 risionis sicut pueri faciunt cesarem in pascha et purpura induerunt ver
 bis salutauerunt. sputis inquinauerunt. verberibus afflixerunt. **pende**
 dolorem si potes que passus est cum corona spinea delicato capiti im
 primere vide augmentum doloris quam corona illa cum arundine usque
 ad cerebri incutere. tunc poterat dicere illud ps. Super dolorem vulne
 rum meorum addiderunt. **propterea** exuerunt eum purpura et indutum vestimen
 tis propriis ducunt ut crucifigant et imponunt ei crucem quam propriis humeris
 portabat. **quia** ex vigiliis et penis quas tota nocte sustinuerat de

bilitatus fuit et iudei cum eum crucem portaret perficientes cum lu-
 to ad terram operiebant ita defecit quod crucem ad locum passionis
 ferre non poterat ideo angariauerunt symonem ut ferret crucem per ipsum
Bernh. Dum Christus preconem clamante pilato imperante cruce ba-
 iulans ad supplicium traheretur factus est concursus populorum per ip-
 sum eunici et clamancium Alii post ipsum ibant ridentes et illude-
 tes. alii perijciebant lutum et stercoza et imundicias in caput et in fa-
 ciem suam In horum memoria dicitur tertia ut tu hora tertia cogites
 quid Christus pro te passus sit. Postea hora sexta vestibis nudatus est
 et crucifixus et cum eo duo latrones quorum unus blasphemavit ali-
 us dixit Memento mei domine etc. Ibi iudei blasphemabant dicentes
 Nach qui destruit templum etc. alii clamabant alios saluos fecit etc.
 Ibi per crucifixos orauit. matrem discipulo commendauit. amarae plo-
 rauit et tenebre facte sunt per totum mundum ab hora sexta usque ad
 horam nonam In horum memoria dicitur sexta ut tu hora sexta cogites
 quid Christus pro te passus sit. Postea circa horam nonam dixit Iesus Sicio
 et cum potaret eum clamauit. heli heli lamazabatani etc. Et obtulerunt
 ei acetum amarissimum mixtum cum felle et mirra ut dicit Aug. Sed
 cum gustasset pre amaritudine non potuit bibere. et clamans voce
 magna dixit. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. emisit spiritum
 Tunc velum templi scissum et terra mota est et monumeta apta sunt
 et petre scisse sunt. tunc unus militum lancea latus eius aperuit et conti-
 nuo exiuit sanguis et aqua In horum memoria dicitur nona ut tu cogi-
 tes quid Christus in hac hora pro te passus sit et quid cum Christo actus sit.
 sic debes videre dolorem Christi patientis. De meroze matris tangam in
 sequenti sermone. Quia enim hora nona passio Christi finem habuit. ideo
 fit hic finis sermonis qui est de passione Christi quam pro nobis sustinuit.
 Cui sit honor et gloria in secula seculorum. Amen. *Passio filii.*

Item alius sermo. de dolore virginis matris
Audite obsecro vniuersi populi et videte dolorem meum Tre-
 norum primo. Sicut verba illa O vos omnes qui transitis per
 viam. etc. possunt esse Christi in cruce pendentis. sic verba
 ista Obsecro audite vniuersi. etc. possunt esse matris Christi sub cruce
 plangentis. Secundum hoc in verbis premissis beata virgo exprimit
 duplicem dolorem quem hodie passa est scilicet dolorem exteriorem quem ha-
 buit exterius in ululando et in plangendo. Et dolorem interiorem quem